Non enim est deus noster ut dii eorum et inimici
nostri sunt iudices De vinea sodomorum
vinea eorum et de suburbanis gomorre;
Uva eorum uva fellis et botri amarissimi
Fel draconum vinum eorum et venenum
aspidum insanabile Nonne hec con-
dita sunt apud me et signata in thes-
auris suis Mea est ultio et ego retri-
buam eis in tempore ut labatur pes eorum.
Iuxta est dies perditionis et adesse festinant
tempora Iudicabit dominus populum suum
et in servis suis miserebitur Vide-
bit quod infirmata sit manus clausi quoque
defecerunt residui que consumpti sunt
Et dicent ubi sunt dii eorum in quibus
habebant fiduciam De quorum vic-
timis comedebant adipes et bibebant
vinum libaminum Surgant et o-
pitulentur vobis et in necessitate vos
protegant Videte quod ego sim solus
et non sit alius deus preter me Ego occi

License: public_domain – Leuven, KU Leuven Bibliotheken Bijzondere Collecties, Ms. 1265, fol. [15]v – Psalter
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-ps5l/7275/58793)